...tius ut nos gaudia
...sollempnitas festiuita
...te de beatorum iohannis
...et pauli ... confirmatione precedit. quos
... passio uere fecit esse
... epl'. Quis nos se.
... Ant. Isti sunt due o.
... asser. off'. Gradabunt
... tibi domine secret'.
... iohannis et pauli di
... benignus assume
... nobis tribue peremre
... m. complenda. Et si coram.
... domine sanctorum tuorum
... celebrantes sacramenta
... ut quod temporaliter
... eius gaudiis consequamur. per.

... dominus pe Iunior. per. ip.
... cingebas te et ambu
... ubi uolebas cum autem senu
... manus tuas et alius te
... quo tu non uis. hoc au
... significans qua morte clarifica
... deum. ps. Celi enarrant
... m. e. a. firmamentum.

Praesta quaesumus omnipotens deus ut nullis 64
nos permittas perturbationibus con
cuti. quos in apostolice confessionis pe
tra solidasti. per. l' act' apostolorum.

In diebus illis. Petrus et iohannes
ascenderunt in templum. ad horam
orationis nonam. Et quidam uir
qui erat claudus ex utero matris
sue baiolabatur quem cotidie ad
portam ponebant templi que dicebatur
speciosa ut peteret elemosinam ab
introeuntibus in templum. Is cum ui
disset petrum et iohannem incipientes
introire in templum. rogabat ut ele
mosinam acciperet. Intuens autem in
eum petrus cum iohanne dixit.
Respice in nos. At ille intendebat
in eos. sperans se aliquid accep
turum ab eis. Petrus autem dixit. Ar
gentum et aurum non est michi. quod
autem habeo hoc tibi do. In nomine christi
nazareni. surge et ambula. Et
apprehensa manu eius dextera. alle
uauit eum. Et protinus consolidate
sunt bases eius et plante. et exili
ens stetit et ambulabat. Et intra
uit cum illis in templum. ambulans
et exiliens et laudans deum. Et
uidit omnis populus eum ambulan
tem et laudantem deum. Cognos
cebant autem illum quoniam ipse erat qui
ad elemosinam sedebat ad speciosam

ccccc'b'

Wijborg ...

1

portam. et repleti sunt stupore et extasi in
eo quod acciderat illi. Ev. In octava
Illo tempore. Dixit ihc petro. Johannem. ultimo
Symon iohannis diligis me plus hiis?
Dixit ei. Etiam domine. tu scis quia
amo te. Dixit ei. Pasce agnos meos.
Dicit ei iterum. ~~Dicit ei iterum.~~
Simon iohannis diligis me? Ait illi.
Etiam domine. tu scis quia amo te.
Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit
ei tercio. Symon iohannis amas me.
Contristatus est petrus quia dixit ei
tercio amas me et dicit ei. Domine tu omnia
nosti: tu scis quia amo te. Dicit
ei. Pasce oves meas. Amen amen
dico tibi. cum esses iunior cingebas
te. et ambulabas ubi volebas.
Cum autem senueris extendes ma
nus tuas et alius te cinget et du
cet quo tu non vis. Hoc autem dixit.
significans qua morte clarifica
turus esset deum. Off. Michi autem.

Munus populi tui quesumus domine
apostolica intercessione sanctifica.
nos quoque a peccatorum
maculis emunda. Co. Symon iohannis
diligis me plus hiis domine tu omnia
nosti tu scis domine quia amo te.

Quos celesti Complenda
domine alimento saciasti
apostolicis intercessionibus ab
adversitate custodi. Leonis papae

Deus qui beatum leonem pontificem
sanctorum tuorum meritis coequasti concede
propicius ut qui commemorationis eius
festa recolimus vite quoque imite
mur exempla. Secret.

Sancti leonis confessoris tui atque
pontificis quesumus domine nos annua
sollempnitas pietati tue reddat ac
ceptos. et per hec pie oblationis of
ficia. et eam que illum beata retri
bucio comitatur nobis gratie tue

Deus fidelium Complenda dona consilie
lium remunerator animarum
presta ut beati leonis confessoris
atque pontificis cuius venerandam ce
lebramus festivitatem. precibus indul
genciam consequamur. In die

Nunc scio vere quia misit dominus Sco.
minus angelum suum et eripuit me
de manu herodis et de omni expecta
cione plebis iudeorum. Ps. Domine probasti me et cog. tu cog. Evovae. Oro

Deus qui hodiernam diem apostolorum
tuorum petri et pauli martirio con
secrasti: da ecclesie tue eorum in omnibus

[...] actuum [...] Lectio [...]

In diebus illis. Misit herodes rex manus : ut affligeret quosdam de eccl[esia]. Occidit autem iacobum fratrem iohannis gladio. Videns autem quia placeret iudeis : apposuit apprehendere et petrum. Erant autem dies azimorum. Quem cum apprehendisset misit in carcerem : tradensque quatuor quaternionibus militum custodiendum volens post pascha producere eum populo. Et petrus quidem servabatur in carcere. Oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo. Cum autem producturus esset eum herodes : in ipsa nocte erat petrus dormiens inter duos milites vinctus cathenis duabus. Et custodes ante hostium custodiebant carcerem. Et ecce angelus domini astitit : et lumen refulsit in habitaculo. Percussoque latere petri : excitavit eum dicens. Surge velociter. Et ceciderunt cathene de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum. Precingere : et calcia te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi. Circumda tibi vestimentum tuum : et sequere me. Et exiens sequebatur eum et non sciebat quod verum est quod fiebat per angelum. Estimabat autem se visum videre. Transeuntes autem p[...]

[...] [ianu]am ferream que ducit [ad civitatem] que ultro aperta est eis. Et exeuntes [processerunt] vicum unum : et continuo discessit angelus ab eo. Et petrus ad se reversus dixit. Nunc scio vere quia misit dominus angelum suum et eripuit me de manu herodis : et de omni expectatione plebis iudeorum. Gr[aduale] Constitues.

Alleluia. [Tu es] petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. V. Beatus es symon petre quia caro et sanguis non revelavit tibi sed pater meus qui est [in celis].

requirit ut supra

Ev[angelium] Venit ihesus. Off[ertorium] Constitues. Secreta.

Hostias populi tui domine quesumus beatorum apostolorum petri et pauli passio beata conciliet : et que meritis nostris non aptamus meritis fiant tibi placita tuorum deprecatione sanctorum. Co[mmunio] Tu es petrus.

Sumpsimus domine pignus salutis eterne celebrantes apostolorum tuorum petri

spirit... no...
meri... ... nec ... mes. P. In conversione sancti pauli.

Scio cui credidi et certus sum quia potens est depositum meum servare in illum diem. P. De reliquo reposita est mihi corona iusticie. Oro

Deus qui universum mundum beati pauli predicacione docuisti da nobis qs ut cuius natalicia colimus eius apud te patrocinia sentiamus. P. Ad Galath.

Fratres notum vobis facio evangelium quod evangelizatum est a me. quia non est secundum hominem. neque enim ab homine ego accepi illud neque didici. sed per revelacionem ihu xpi. Audistis enim conversacionem meam aliquando in iudaismo: quoniam supra modum persequebar ecclesiam dei. et expugnabam illam et proficiebam in iudaismo supra multos coetaneos in genere meo. habundancius emulator existens paternarum mearum tradicionum. Cum autem complacuit ei qui me segregavit ex utero matris mee. et vocavit per graciam suam ut revelaret filium suum in me. ut evangelizarem illum in gentibus: continuo non acquievi carni et sanguini.

... alios apostolos ... ierusalem ad antecessores meos apostolos ... abii in arabiam et iterum reversus sum damascum. Deinde post annos tres veni iherosolimam videre petrum et mansi apud eum diebus quindecim. Alium autem apostolorum vidi neminem nisi iacobum fratrem domini. Que autem scribo vobis: ecce coram deo quia non mencior.

Gr. Qui operatus. Tract. Mi.

Alleluia.

Tu es vas electionis sancte paule apostole gencium doctor pro nobis ora ad deum qui te elegit. Ewangelium

Ecce symon petrus. Off. Michi autem. Sec.

Ecclesie tue qs dne preces et hostias apostolica commendet oratio ut quod pro illius gloria celebramus nobis prosit.

Per. Co. Amen dico. ad venia. Perceptis dne sacramentis apostoli supplici corde rogamus et petimus ut intercedente beato paulo apostolo tuo nobis proficiant ad medelam que pro illius gesta sunt passione. P.